



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris  
Angelici Ordinis Prædicatorum**

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Secundum

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Romae, 1619**

De origine contumeliæ. 4

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38762**

Ad tertium dicendum, quod si aliquis hoc animo taceret, ut tacendo contumeliam ad iracundiam provocaret, pertineret hoc ad vindictam. Sed si alius taceat, volens dare locum iræ, hoc est laudabile. Vnde dicitur Ecclesiast. 8. Non litiges cum homine linguo, & non struas in ignem illius ligna.

## ARTIC. IV.

*Vtrum contumelia oriatur ex ira?*

**A**D quartum sic proceditur. Videtur, quod contumelia non oriatur ex ira. Quia dicitur Proverbiorum 11. Vbi superbia ibi contumelia. Sed ira est vitium distinctum à superbia. Ergo contumelia non oriatur ex ira.

**T** 2 Præterea, Proverbiorum 20. dicitur, Omnes stulti miscentur contumelij. Sed stultitia est vitium oppositum sapientiae, ut supra habitum est\*. Ira autem opponitur mansuetudini. Ergo contumelia non oriatur ex ira.

**T** 3 Præterea, Nullum peccatum diminuitur ex sua causa. Sed peccatum contumelie diminuitur, si ex ira proferatur. Grauius enim peccat qui ex odio contumeliam infert, quam qui ex ira. Ergo contumelia non oriatur ex ira.

**S**E D contra est, quod Gregor. 31. Moral. dicit\*, \* c. 31. 2 quod ex ira oriuntur contumelia.

**R**ESPONDEO dicendum, quod cum unum peccatum possit ex diuersis oriri, ex illo tamen dicitur principalius habere originem, ex quo frequentius procedere conuenit propter propinquitatem ad finem ipsius. Contumelia autem magnam habet propinquitatem ad finem iræ, qui est vindicta. Nulla enim vindicta est irato magis in promptu, quam inferre contumeliam alteri. Et ideo contumelia maxime oriatur ex ira.

Ad primum ergo dicendum, quod contumelia non ordinatur ad finem superbie, qui est celitudo: & ideo non directe contumelia oriatur ex superbia. Dispo-

N 3 nit

400  
Inf. q. 73  
a. 3. ad 3  
et q. 158.  
a. 7. cor.

q. 46. a. 2

nit tamen superbia ad contumeliam , in qua utrum illi qui se superiores estimant , facilis alios contemnunt , & iniurias eis irrogant . Facilius enim irascuntur , vi potè repugantes indignum quicquid contra eorum voluntarem agitur .

**¶ c. 6. in  
prin 10.5** Ad secundum dicendum , quod secundum Philosophum in septimo Ethicorum \* , ira non perficit audit rationem . Et sic iratus patitur rationis deficitum , in quo conuenit cum stultitia . Et propter hoc ex stultitia oritur contumelia , secundum affinitatem , quam habet cum ira .

**ii. 2. c. 4.  
de clinan  
do ad fi.  
10.6.** Ad tertium dicendum , quod secundum Philosophum in 2. Rhet. \* iratus intendit manifestam offensam , quod non curat odiens . Et ideo contumelia , que importat manifestam iniuriam , magis pertinet ad iram , quam ad odium .

## QVÆST. LXXXIII.

*De detractione , in quatuor articulos divisa .*

**P** Ostea considerandum est de detractione .  
**¶** Et circa hoc queruntur quatuor .  
**¶** Primo , quid sit detracatio .  
**¶** Secundo , vtrum sit peccatum mortale ?  
**¶** Tertio , de comparatione eius ad alia peccata .  
**¶** Quarto , vtrum peccet aliquis audiendo detractionem ?

## ARTIC. I.

**¶ 401** *Vtrum detracatio conuenienter diffiniatur , quod est denigratio alienæ famæ per verba ?*  
**Inf. q. 74** **A**d primum sic proceditur . Videatur , quod de-  
**a. 1. et q.** tractio non sit denigratio alienæ famæ per  
**75 ar. 1.** occulta verba , vt à quibusdam diffiniatur . Occul-  
**co. Et Ro.** tum enim & manifestum sunt circumstantiae non  
**1. le. 7. co.** constituentes speciem peccati . Accidit enim pecca-  
**4.** to , quod à multis sciatur , vel à paucis . Sed illud  
 quod non constituit speciem peccati , non pertinet  
 ad rationem ipsius , nec debet poni in eius diffinitione . Ergo ad rationem detractionis non pertinet ,  
 quod fiat per occulta verba .

**¶ 2. Pre-**